



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod etia[m] de Salomonis parabolis Plato multa acc[a]epit Cap. xxij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

## 300 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

Iudæos factitata cognouimus. Docet enim eorum historianonullas mulieres uirtute atq; prudentia ciuitatem ab hostibus liberasse. Doctrina quoque nostra omne genus hominū tam uirorum quam mulierum, liberorum simul & seruorum, Græcorum aliqualiter ac barbarorum, partium orum ætate ac senum, in hoc diuino ueroq; philosophandi genere nostro libenter suscipitur.

Quod etiam de Salomonis parabolis Plato multa accepit.

## CAPVT XXIII.

**D**icitur parabolis Salomonis memoriā iusti laudibus effterri, & non men impiorū extingui breviter atq; commode dicit, similiter dictum est, ne beatum aliquem putas anteq; moriat. Audi ergo quomodo hanc ipsam rem latius in septimo de legibus posuit plato. Quicunq; inquit ciues p̄clare laboriosecq; aut animo au- cor- pore gesserint, legibusq; semper obtemperantes fuerint, laudibus post mortē effterri oportet: uiuos em̄ laudare anteq; e uita exierint, ac bonorum operum finem imposuerint tutum non est. Hæc non de uiris solum, uerum etiam de mulieribus intelligendū censeo. Si uitias atq; paupertatem ne mihi des, in parabolis Salomon dixit, Pla- to quoq; in tertio de re publica. Iam diximus inquit quæ custodes ac magistratus ciuitatis diligenter pellere semper debet, curareq; ne aditum in ciuitatem habeant, quæ ista inquit sunt. Diuitiae inquam & paupertas, alteræ nancij delicias, ocium, & factiones afferunt: al- tera illiberalitatem, malignitatē, & factionem. Malignitatem uero appello operationem iniacimē. Moses in legibus patrem atque ma- trem scripsit, unusquisq; timeat. Et alibi dicitur. Honora patrem & matrem, ut bene tibi fiat, que ambo in libro de legibus Plato coiun- xit. Vnusquisq; inquit nīl mente captus sit, & timet, & honorat pa- rentes. Et rursus. Seniores re & uerbo unusquisq; uereatur, & si ul- tra. xx. annos excedunt, tanquam parentes honoret.

## De seruis. CAP. XIV.

**C**um Moses Hebræum Hebræo seruire indeces duxerit, & si acciderit septimo anno, liberum emitti iussit. Pla- to in libris de republica, Græcum Græco seruire prohi- bet dicens. Nec Græcum seruum habeas, & cæteris Græcis similiter facere cōsulas, sic em̄ ad barbaros Grecia yla facilius a seip- abſtinebis.